



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola I. Innocentii Papae II. Ad Rainaldvm Rhemensem, Hvgonem Rothomagensem Hvgonem Tvronensem, archiepiscopos, eorumque suffraganeos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

pluribus hæresibus plures alios hæreticos sectabatur. Sanctus Bernardus in epist. & Petrus de Lutzenburgo.

Petrobustianorum hæreses.  
Lothario defuncto  
Conradus dux Sueuorum subrogatur.

Hoc eodem tempore Petrus de Bruis sacramentarios Petrobustianos & apostolicos multis erroribus deformes creauit. Petrus Cluniacensis epistola secunda, & alibi, Bernardus epistola 241. &c. Lotharius post restitutum Innocentium ex Italia rediens apud Tridentum, vt Frisingensis, apud Veronam, vt Viterbiensis ait, morbo correptus, in ipsis montibus in vilissima casa imperator potentissimus miseram humanæ conditionis relinquens memoriam anno regni sui decimotertio obiit. Per electionem principum in Conuentu Moguntia celebrato designatus est successor regni Conradus dux Sueuorum Henrici imperatoris IV. ex sorore nepos.

Anacleto antipapa  
Victor antipapa substituitur.

Obitus Innocentii papæ.

Circa eadem tempora anno octauo, postquam sedem apostolicam inuaserat Petrus siue Anacleto pseudopontifex, Dei iudicio, auctore Roberto continuatore Sigeberti, percussus obiit. Cumque ab eo ordinatos degradari, nec vltra ad sacros ordines promoueri, Innocentius pontifex decreuisset, eius sectarii cardinales alium quemdam Victorem IV. in schismate subrogarunt: verum cum paucos menses sedem detinuisset, auctore sancto Bernardo, qui septem annos in hoc schismate tollendo defudauit, pontificatum vltro resignauit. Post hæc innocentis vitæ famæque integerrimæ pontifex Innocentius obiit octauo Kalendas Octobris, anno Domini M C X L I I I. cum sedisset annos quatuordecim, menses septem, dies octo. Vrspergensis in chronico scribit eum annos dumtaxat tredecim, menses septem pontificiam sedem obtinuiffe.

## EPISTOLA I.

## INNOCENTII PAPÆ II.

AD RAINALDVM RHEMENSEM, HVGONEM  
ROTHOMAGENSEM, HVGONEM TYRONENSEM,  
archiepiscopos, eorumque suffraganeos.

*De parricidio sancti Thomæ.*

**G**RAVIORA delicta, &c. Extat in Concilio Iotrensi post epistolas infra posito.